

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3194

Auteur(s) : Yves, Beaumont-sur-Oise (comte)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1039

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Ives, comte de Beaumont-sur-Oise, du consentement de son fils homonyme, clerc et chanoine, auquel il a légué le château de Conflent, de son épouse, Emme, et de tous ses autres enfants, affranchit du tonlieu les navires de l'abbaye chargés de marchandises qui passent sous le dit château.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 24, p. 68-70.

Dissertation critique

L'acte est du dernier tiers de l'année. Sur la datation de cet acte, voir LOT, p. 68, n. 8.

Texte établi d'après a

Omnium rectarum conuenientiarum causae firmari debentur a rectis aliqua retemptionis ac memorie nota. Unde ego comes Ivo cum filio meo simili nomine vocitato, scilicet clericu et canonico, cui jure hereditario, post decessus mei cursum, castrum Confluencie tribuendo concedo, cum mea propria coniuge Emma et ceteris omnibus meis liberis, Deo omnipotenti et sancto Petro apostolorum principi necnon et sancto Wand abbatii, ad usus fratrum Deo in Fontinelle monasterio seruiencium, thelonium nauium eorum ascendencium et descendencium, per transitum videlicet eiusdem supradicti castri cuiuscumque meritis vehencium, donamus et concedimus et perpetualiter annuimus, pro salute anime mee et animarum scilicet genitorum meorum et supradictorum heredum meorum. Acta est hec largicio regnante Henrico rege, anno nono regni eius, anno ab incarnatione Domini Mo XXXO IXO, inductione VIIa, epacta IIIa, concurrentibus VI, cum bissexto subsequente, tunc temporis regente supradictum monasterii locum abbate dicto, nomine Gradulfo. Et ut hec largitio firma permaneat istos testes assertores eius esse subscribendo nominauimus. Quorum nomina hec sunt : Ego Ivo nutu Dei comes, scilicet huius largitionis assertor, manu et ore confirmando eandem subscribo. † Ego Ivo clericus voluntarie annuo et subscribo. † Ego comes Gosfridus, qui huic conuentioni interfui, libenter annuo et subscribo †. Ego Albericus interfui et subscribo †, S. Gelduini vicecom. †, S. Odonis filii Gozfridi, S. Haimonis, S. Drononis, S. Gandragi, S. Iuonis, S. Herberti, S. Adonis, S. Albrici Karoli, S. Walteri de Mansionibus, S. item Waltero, S. Bozonis de Alpico, S. Huboldi prepositi, S. Odonis filii supradicti Iuonis comitis, S. Gosberti fratratis eiusdem Odonis. Quicumque huic carte assertores fuerint, habeant partem in oracionibus supradictorum monachorum et in regno Christi et Dei. Qui vero ei contradixerint deleantur de libro uiuencium et cum iustis non scribantur, sed pereant cum eis qui diceant Domino Deo recede a nobis.